

nuntur. Quos posteri ditiones facit, ac debita & criminis lucentes, honorificè sepelunt. Gloriantur enim Aegypti suos parentes maiores ue magnifice esse sepultos. Mos est apud eos, defunctorum parentum corpora dare in pignus creditori. Summa illos qui non redimunt, sequitur infamia, & sepultura carent. Mirabitur quis, & merito, eos qui haec instituerunt, non solum quae ad uiuentium mores spectarent, persecutos, sed etiam quae ad mortuorum pulchra cultum perinerent. Adeo hoc pacto ad bonos mores, quantu fieri posset, componi uiam hominum existimabant. Graeci sane, qui scitis fabulis ac poëtarum dictis fidem excedentibus de piorum meritis, malorumque poena tradiderunt, nequaquam potuerunt suis scriptis traducere homines ad uitiae, quin econtra portius derisi contemptique sunt ab improbis. Apud Aegyptios uero non fabulis, sed uisu, impensis poena, iustis laus imparita. Singulis diebus utroque eorum quae uita utilia existant, admonent, cum uideant cuiusque pro his quae egit, debiti praemij memoriam impendi. Qua ex causa ad meliore singuli uertuntur uiuendi normam. Eas enim optimas esse leges putandum est, quib. non dirutis, sed honesti prudentesque homines siant. Igitur de Aegyptiis legum latoribus, qui eas tam admirabiles exquisitasque tradidere, dicendum uidetur. Post antiquam Aegyptiorum uitam, quam Deum Heroumque tempore fuisse fabulantur, tradunt perfusisse primu multitudini scriptis utilibus Menam, magni animi virum, uitaeque inter omnes probata. Finxisse autem eas Mercurij datas præcepto, tanque magnorum honorum causam futuras: quemadmodum apud Graecos aluit in Creta quidem Minoem, apud Lacedemonios Lycurgum fecisse, quorum alter Iouem, alter A pollinem suarum legum auctor extitisse dixit. Plures quoque nationes eo modo tradunt leges suscepisse, quae optemperantibus multorum bonorum causa fuere. Arianis namque scribunt Zarastræ simulato numine dedisse leges. Getis eodem modo Zamolxis Vestam præferens leges tulit. Apud Iudeos Moyses Abiao, quem Deum uocant, acceptas leges dare præferebat: siue putantes rem mirandam, ac diuinam, maximeque mortalibus uitem leges esse, siue ut citius populi ob rei excellentiâ deum timore legibus obtemperarent. Secundus apud Aegyptios legum lator dicitur ut prudentia excellens Safochis. Hunc & ad Deum religionem cultumque multa prioribus legibus addidisse perhibent, geometriaque fuisse inventorem, ac incolis aetrorum cursus ostendisse. Tertium Sesostrum regem tradunt, qui ad rem militare & bellum munia plurima contulit institutis suis. Quartus scribitur rex Vecchoris qui leges de derit, & commercia hominum iudiciaque constituerit: cuius memoria in multis, ob ingenij acumē usque ad hoc tempus manet. Eum dicunt infirmo extitisse corpore, pecuniarū præ ceteris cupidum. Post hunc legibus multa addidit Amasis rex: quem tradunt & de iis quae ad monarchas pertinent, deoque omni Aegyptiorum oceconomia præcepisse. Hunc admodum perspicacem fuisse scribunt, iusti & quique amatorem: qua ex re ab Aegyptiis est rex constitutus, cum regio genere ortus non esset. Cum Elienses circa Olympiacum certamen occupati, legatis ad eum missis quæsissent quo maxime modo id certamen iuste fieret. Si nullus Eliensis certaret, respondit. Polycratem Samiorum principem, qui secum societatem coierat, cum & ciues & externos eò navigantes uiolentius tractaret, per legatos ad modestiāhortatus est, quo sua consilia aspernante, per epistolam societatem diremit, scribens, cum sciret illū breuitate tyrannidis poenas daturum, nolle ex amici casu dolere. Admiratis sunt Graeci plurimum uiri prudentiam, cum Polycratū breui quod prædictum fuerat, evenisset. Sextum ferunt Darium Xerxis patrem legibus Aegyptiorum addidisse. Cui cum displiceret Cambysis qui ante regnauerat, erga deos Aegyptios iniquitas, humaniter pieque uixit. Itaque sacerdotes eorum haud aspernatus, theologia ab illis, gestisque quae libris sacris continuebantur, perceptis, priscorum regum magnificentiam, & in subditos humanitatem historiā

com-

*leg. lano: Men  
edolq ameronis  
Taq. alii sum  
a memph*

*Moyer*

*Amaris 29. 30.*